

La traslación del brazo de Santa Tecla desde Armenia a Tarragona (1319-1323).

II

ACTAS DESCONOCIDAS DE SANTA TECLA, TRADUCIDAS DEL ARMENO
AL LATIN EN 1320

Otro de los regalos que trajeron de Armenia los embajadores enviados por Jaime II fué el texto de la leyenda de la invicta virgen, tan celebrada en los primeros tiempos del cristianismo. El original se escribió en griego y fué publicado por Lipsio y Bonnet (1). Existe una traducción siríaca sacada a luz con la versión inglesa por Wright (2). Como era natural, el texto griego fué también vertido al latín, y hoy se conocen nada menos que cinco traducciones distintas una de otra en la lengua del Lacio. Todas ellas han sido dadas a la estampa y estudiadas profundamente por Oscar von Gebhardt (3). En España la hallamos en el Santoral de Silos, hoy en la Biblioteca Nacional de París (Nouv. acq. lat. 2179), que pertenece al siglo XI. Es, según Gebhardt, una mezcla de las redacciones señaladas en su libro con las letras Ba y Cb.

La que nosotros publicamos más abajo está sacada del códice 105 de la Catedral de Barcelona, fols. 282-92, que es un volumen en pergamino con hermosas miniaturas de 7 + 376 folios, a dos columnas de 42 líneas cada una. Mide 250 por 299 milímetros: la escritura es del siglo XIV, la encuadernación de madera forrada de cuero, y de los bordes de una de las tapas pende una cadena. En el dorso se lee: Sanctorale 2. Tanto este tomo, como el Santoral primero, contienen vidas de Santos y algunas Homilias.

(1) *Acta Apostolorum apocrypha post Constantinum Tischendorf denuo ediderunt*, R. A. Lipsius et M. Bonnet, Pars prior, Lipsiae, 1891, pág. 235...

(2) *Apocryphal Acts of the Apostles*, ed. from Syriac manuscripts in the British Museum and other libraries by W. Wright, vol. II, London, 1871, pág. 116...

(3) *Die lateinischen Uebersetzungen der Acta Pauli et Theclae nebst Fragmenten, Auszügen und Beilagen*, herausgegeben von Oscar von Gebhardt, Leipzig, 1902. (Texte und Untersuchungen. N. F., vol. VII).

Sobre la procedencia del código hay una nota interesantísima en el folio 7, que dice así:

«Die sabbati, intitulata VI^o Kalendas octobris, anno domini M^o CCC^o LX^o discretus Guillermus de Muntellis, beneficiatus in sede Barchinone, legauit et obtulit ad honorem sanctissime crucis beateque Eulalie virginis et martiris Christi istum librum, uocatum flores sanctorum, et quod sit et maneat in perpetuum in choro, uel in truna (*sic*), uel in aliquo alio loco patenti sedis barchinone, et quod omnes clerici possint legere et studere in supradicto libro, et quod orent ad Deum, quod huius libri donatio sit in remedium anime sue, et remissionem omnium peccatorum suorum et omnium fidelium defunctorum. Ita tamen quod nunquam uendatur, nec aliquo modo alienetur, set semper sit et maneat in aliquo loco supradicto.»

Por esta nota sabemos que el libro lo regaló a la catedral Guillermo de Muntellis, el 20 de septiembre de 1360, para que se aprovecharan de su lectura los clérigos barceloneses.

Decimos en el título de encabezamiento que estas actas son desconcidas. Al menos, nosotros no las hemos podido encontrar impresas en ninguna parte. Su interés no es, por lo tanto, necesario encarecerlo. Desde luego nos revelan la leyenda hagiográfica, tal cual se transmitió entre los armenos. La traducción la hicieron por mandato del rey Onsino, su notario, Nicolás de Rays y otros varones religiosos, según consta por las últimas palabras del texto. Fué traída a España, a lo que parece, con las reliquias del brazo de Santa Tecla. El texto, aunque más ampliado y con modalidades propias, concuerda en la esencia con el de las traducciones de von Gebhardt, hasta que la Santa marcha a Seleucia. Pero, mientras las otras redacciones latinas la hacen morir en aquel sitio inmediatamente, nuestra versión añade otros muchos episodios nuevos acerca de la vida que allí llevó Tecla. En resumen, son los siguientes:

Desde Seleucia se retira la virgen a un monte cercano; allí vive en una cueva, alimentándose de raíces. Saliendo un día a coger hierbas, la ve Gabadelio, sacerdote de los ídolos, quien, enamorado de ella, pretende deshonrarla. Entonces Tecla, ayudada de Dios, le tira del caballo y le golpea fuertemente. Gabadelio la cree diosa y manda a un excelente pintor para que vaya a donde está la doncella y, ocultamente, haga un retrato suyo. Sigue la historia del retrato. Tecla, desde aquel sitio, obra muchos milagros y enseña la religión cristiana, convirtiendo a bastantes gentiles a la verdadera fe. Se traslada al monte Calameos. Allí sana a Teonila, de veintitrés años, bautizándola junto con sus padres. Los médicos de ésta, que no la habían podido curar, indignados, quieren perder a Tecla, pero el

Señor la libra de sus manos haciendo que se abriera una enorme piedra en la que se introduce la Santa, cerrándose luego milagrosamente. Allí muere Tecla. Pasado algún tiempo fueron halladas por revelación divina sus reliquias. Se vuelve a abrir la piedra, donde estaba su bendito cuerpo, pero los cristianos griegos, que la encontraron, sólo pueden llevarse un brazo. Lo colocaron honoríficamente en un templo de Seleucia, de donde pasó a los armenos. Finalmente, se da cuenta de la embajada enviada por Jaime II de Aragón, y de cómo fué trasladado el brazo de dicha Santa a España para la ciudad de Tarragona.

La traducción no es muy correcta; y si a esto se añaden las innumerables abreviaturas del códice, se comprenderá fácilmente el que algunas lecturas sean algo inseguras.

DE SANCTA TECLA VIRGINE

(*Fol. 282*). Cunctis populis atque mortalibus, et uniuersis uita fruentibus, gestorum beate tecele materia inclinare mentis auditum et operacionum sanctarum uestigium imitari.

Cum beatus paulus apostolus ihesu christi expertus persecucionum periculis, ad ciuitatem yconie personaliter se transferre disponeret, hermogenes atque themas, fabrile exercentes misterium, cum eo personaliter recesserunt; qui dileccionis umbra asistentes apostolo, amicablem loquebantur eidem. Interposito uero tergi pariete, in amaritudinem conuertentes dulcedinem, amorem in odium, caritatem in tedium, uenenum retentum interius concordacionis insidiis exterius euomebant. Apostoli uero uita pacifica despiciebant, mensura simili remetiri. Sed gratiam et misericordiam dei omnipotentis considerans, qui pro malis apponere bona iubet, maliciosos uirtute fouebat, et resistentibus odio, dileccionis escham ardentius apponebat, uerbumque dominicum, precepta dei, doctrinam Christi, natiuitatem et resurrectionem eiusdem saluatoris et domini, necnon reuelacionem celestium igitur per gratiam ihesu christi sue conversionis ouersa cum expositione fructifera declarabat. Et dum ad predictam iconie ciuitatem accederet, homo quidam, honociferos nomine, reuelacione cuiusdam de beati pauli certificatus aduentu, nocionem cuius non corporalis presencia non contracta dudum per conuersacionem fraternitatis suo reuelauit (*fol. 282v*) aspectui: set illaqueatus affectu et cum uxore propria, cui nomen zenonia, suaque familia ad suscepcionem ipsius, de cuius statura noticiam per Deum titonis spiritualiter mente conceperat, desiderosus accedit. Qui super uiam properantes ducentem ad ciuitatem lustris, apostolum expectantes, uenien-

tium figuras studiosus auertebant, si per titonem eis data figura in aliquo cognouissent: qui in tanta perplexitate degentes communis etatis accendentem hominem praeuiderent; cuius capilli ricci, cuius oculi magni, cuius nares longe, frons calva et supercilia iuncta erant, cuius quidem aspectus quandoque homo apparebat in facie, quandoque uero figura angelica censebatur. Quem diligencius intuentes, uniuersa signa eius data per titonem recognoscentes, in eo dubitatione seposita, fore beatum paulum apostolum cognouerunt. Quem honoriferum apostolus appropinquando respiciens, exultauit gaudio super eum, cui mirifica gratia repletus honoriferos appropinquans: Salue, inquit, paule Christi apostole benedicti. Cui mutuo salutationis officio respondens apostolus uoce sermonis apperuit: te honorifere et totam familiam tuam saluet Deus; cuius salutationem apostoli supradicti themas et hermogenés attendentes, inuidie stimulis superati, dolore repleti, iraque confusi, uilipendentes retulerunt apostolo. Nonne sumus et nos participes benedicti? Cur igitur numquam talem nobis benedictionem dedistis? Et respondens apostolus, inquit eis: Quia in uobis fructum iusticiae non cognoui. Quorum honociferos murmuraciones intelligens, et prauitatem attendens maliuolam, dixit illis: Si alicuius bonitatis et gratie in uobis est caritas, audacter nobiscum accedite, et mea uos domus suscipiet, et requiem habere poteritis in eadem. Quibus uerbis explicitis honociferi predicti, beatus apostolus hospicium introiuit; de cuius aduentu et gratiosa presencia, omnes non modica exultantes leticia, flexis genibus humiliter orauerunt, et ab orationis misterio, in mensa panem benedicentes appositum, et frangentes ut expedit, sustentatiuum corporis refecerunt. Postquam uero discubuit cum amicis apostolis, uerbum dei pro ueritate et anime resurrectione cepit alacriter predicare dicens inspiratus diuinitus

Beati sani corde, quoniam illi placebunt altissimo. Beati qui suum corpus in sanctitate custodiunt, quoniam illos diuina benignitas alloquetur. Beati qui presencialiter contempnuntur, quoniam ipsi placebunt deo. Beati habentes uxores, et sunt quemadmodum non haberent, quia ipsi possidebunt terram. Beati habentes timorem Dei in corde ipsorum, quia ipsi appellabuntur angeli. Beati qui tremunt a uerbis Dei, cum audierint ea, quia uocabuntur a Deo. Beati qui Iesu Christi sapienciam receperunt, quia appellabuntur filii Dei. Beati obseruantes baptismum, quia ipsi cum predilecto filio requiescent. Beati Christi exempla qui retinent, quia ipsi in magno lumine permanebunt. Beati qui a corpore abstinenciam faciunt, quia ipsi in uitam eternam ingrediuntur, et semper in dexteram Dei filii permanebunt. Beati misericordes, quia ipsi aprime misericordiam consequentur, et in die iudicii recipient regnum celi. Beati uirgines tam corde quam animo, quia

ipsi placebunt Deo, et eorum sanctitatis meritum non peribit, sed per uerbum Dei erunt inuenti opus in uita eterna, et in die iudicii dabitur eis requies sempiterna. Cum Dei magnalia et retributiones iustorum in honociferi synagoga populis praedicaret, a quadam fenestra directo proxima synagoga uirgo quaedam, formosa corpore (*fol. 283*), aspectu placabilis, etate iuuenis, tecla nomine, cuidam uiro temeros nomine disposata, in sinceritate mentis et puritatis spiritu residebat. Quae in tantum ab apostoli pauli extitit per auditum inflamata sermonibus, in tantum sanctitatis ardore doctrinis accensa ueridicis, orationibus instructa fructiferis, quas ab ore pauli prelibati procedere comprehendebat quod in spectaculo residere continue summum sibi reputabat solacium, discedendi uero propositum non tenebat, atque dominarum multitudinem intuens, quae ad doctrinam apostoli comprehendendam conuenerant, desiderio concurrendi cruciabatur interius, ut uerba posset dominica per apostolum explanata fructuose concipere, et concepta execucione mentis et corporis adimplere.

Cuius propositum mater cernes nomine appellata quo filia, timens quod euitare non potuit, impedire cupiens quod nequiuit, praecepit generum aduocari; qui uiso nuncio et audito sermone, mora postposita, ad sue socrus praesenciam gauisus accessit, eo quod credebat ueraciter eam tunc in uxorem recipere quam sibi consensus mutuus permiserat desponsare. Qui in socrus constitutus presenciam, ostendens ore quod mente gliscebat, de tecla sponsa sollicitus indegauit. Cui socrus amaritudinis dolore repleta, uerba lamentacionis asseruit: Temeros habeo uobis aliquid dicere et quoddam opus nouissimum nunciare. Ecce tecla quae nobis erat arris subarrata sponsalibus, iam triduum totidemque noctes transierunt continue, ex quo in spectaculo fenestre incensata se posuit, corpori denegando ab aria, perquam naturaliter uita membris corporeis conuersatur. Set de loco recedens nullatenus hominem quemdam extraneum dulcia uana et deceptorua uerba qui loquitur ficta, respicit, et cum ipso letatur: unde uehementer admiror, et ammirata stupueo, et stupefacta doleo, et dolore confundor, quod prudentes uirgines maledicta et deceptorua uerba sequi tam subito reducantur. Heu quod tota quippe per hominem accedentem extraneum ciuitas est corrupta yconie; ad cuius extranei accipiendam doctrinam Tecla, pro dolor, sponsa uestra cum mulieribus plurimis iuuenibus aliis appropinquant, qui eas unum deum instruit adorare, et uiuere in habitu sanctitatis. Cui tecla tamquam pretextura cum ordito coniungitur, a cuius conspectu oculos non auertit, auditum non segregat, sed eius desiderio et maledictis operibus uelut piscis hamo difficiliter adamatur. Accede ad eandem igitur et eam temeros alloquaris, cum sit tibi sponsationis ordine designata,

Cuius socrus iussiones implendas generum eam duplex adtraxerat, prima quia tecele uirginis in amore illaqueatus erat interius, et exterius eius humilitatem maximam uerebatur; et in tecele praesentia temeros constitutus cepit blandis sermonibus adulari, dicebatque se ponite (?) per uirtutem: tecla eras mihi desponsata feliciter, sed nunc quae geris opera proposito desponsationis resistunt. Unde tales incorruptiones procedunt? A quibus comprehenderis et stricta teneris? Muta ergo propositum et redire ad uitam pristinam non formides, sed me sponsum te tenerrime diligentem uerecunderis relinquere, uotum corrumpere maritale. Mater uero, quam cruciabat anxietas, cuius cor fili uile mutuatio et noue legis assumptio (*fol. 283^v*) uelut acutus gladius pertransibat; tecele filie loquebatur: Cur sic inprimis respicis? Cur non erigis lumina, et recusas uerbum nobis querentibus impertiri? Assimilaris dementi, et mente capta proprio uideris in gestu. Quod communes familiares cernentes, ceperunt fortiter lacrimari. Videns itaque temeros quod eum sponsa, quam optauerat, relinquebat, mater quod filiam perdebat adultam, ancille quia ab eis earum domina discedebat, tecto prorumpentes ad lacrimas ibredili (?) dolorem subleuantes, nullatenus eorum propositum adoptata, uehementius oritebant (*sic*). Quorum lacrimis, quorumque querelis assistens corporaliter tecla, sa iori mente subtracta proposito et inflammata doctrina in tantum humiliata cordialiter intellectualementem uirtutem et capacitatem memorie subtruserat uerbum apostoli, quod uelut inaudita obiecta cetera recusabat, et uane matris lacrimae infructuosius pertransibant.

Quod temeros sponsus eius respiciens ira plenus, confusus angustia, relictis laribus exiuit in uicium unde homines ad beati pauli doctrinam intrantes et exeuntes cernebat; ubi dum punctus corde persisteret, duos uidit uiros praeliantes ad inuicem, et uersus eos dirigens suos gressus, ad eorum praesentiam accessit, et dixit: Et quid habetis? Qui estis? Quid uos mouet ad praelium, et quid ad rixam prouocat? Quis est homo intus apud uos habitans, iuuenum et uirginum personas decipiens, uiduitatis obseruationem exortans, et in sanctitate praecipiens habitare? Nam si mihi dixeritis quis est ille, et meam feceritis mentem, certam ex me capitaneo ciuitatis istius ueram promissionem recipite, quod grandem uobis quantitatem pecuniae titulo donationis largior.

Cui themas et hermogenes responderunt: Locum unde hic homo processit, de cuius condicione solliciti inquiritis, ignoramus. Hoc tamen de ipsius intencione cognoscimus, quod uirgines desponsatas a iuuenibus diuidit, et affirmat sermonibus quod complacere Deo et de morte resuscitare non potuerint, nisi corpora sua manu tenuerint in sanctitate detenti,

Quibus temeros explanauit. Mecum socii mei uenite. Ad domum accedite; ibi requiescite mecum. Quibus taliter inuitatis, pomparum plurimas apponendo delicias, cenam egregiam ordinauit; et ab eis in mensa refecionis sedentibus, sponse quam perdiderat, instigatus amore, caepit anxius explorare: Hominis istius qualis est doctrina, quam instruit? Mihi cupienti scire, dilecti socii, si libet, exprimate. Nam cum multi contra sermones ipsius querelas eiciunt, et ego, proh dolor, in maximo sum dolore, sponsam, quam mentaliter diligebam, respiciens, hominis extranei, et de loco prorsus extraneo, sermonibus inodatam, et numquam se ab eius praesentia separari. Cupio quidem scire operari quid debeam in sponse recuperationem amississe.

Cui themeros et hermogenes respondentes equaliter, unoque ore maliuoli et beati pauli apostoli seductoris retulerunt, potestatis adibis praesentium et contra eum accusationes propones, quod hic christianorum nomine nouam quamdam doctrinam et legem extraneam et intricabilem instruit. Potestas uero per te factam accusationem recipiens, ad interempcionem ipsius et perdicionem procedet: et sic ipso deperdito, sponsam recuperabis amissam, et per sermones nostros de resurrectione mortuorum (*fol. 284*), quam ille nunc instruit edoceri.

Quorum dicta recolligens temeros, inuidia statim repletus et odio, mane surgens, disposuit atque gessit cum maxima multitudine senium et aliorum quam plurium hominum, baculos fustesque portancium ad domum honociferi personaliter se transferre; qui cum esset in conspectu pauli constitutus apostoli, dixit ei: Tu ciuitatem Iconiae tuis praedicacionis sermonibus perdidisti: et teclam mihi desponsatam decipiens, suo spiritui suassisti blanditiis ne uxor effecta matrimonium consummaret. Veni ergo ad potestatis praesentiam; contra quem pacificum et quietum uoces popularium insurgentes, enormiter iustum appellantes maleficum, clamabant: ad iudicium protrahatur. Quorum clamores execucioni mandare populi proteruitas non tardauit.

Paulo uero in praesentia iudicis constituto, temeros, cuius cor amissae sponsae angustia prouocabat ad turpia, coram iudice cepit forcius exclamare: Unde sit hic homo, nescimus; qui non sinit quiescere, et uiris propriis coniungi uirgines non permittit. Iubeat igitur ei uestrum officium coram uobis exprimere motiuam causam doctrinae, quam praedicat. Cui taliter exclamanti themas et hermogenes accedentes, pleni scandalo retulerunt: Quis sit christianus, mici indica iudicanti, et statim iudicis officium per eum. Iudex uero themerosi uerba et omnium aliorum paulum retinencium dum audiret, exquirebat a paulo. Dic unde sis et quod est, quod doces

in publice documentum. Ecce multorum praesentia coram te accusationem proponit.

Tunc paulus exclamando iudici retulit: Indicabo uobis quid doceo. Iudex tuas aures inclina. Ego in unum Deum credere ignorantes erudio, qui pro malo malum non reddit hominibus, et cui de re alia aliqua non est cura quam ut saluet homines, quos creauit, et ad salutem populum dirigat deuotam: ut sepositis uiciis in peccato non maneant, sed cordi eius fides timorem exhibeat, per quem ueri Dei dilectionem cognoscant. Ad quid ergo illis obligatis appareo cum illud doceam quod mihi altissimus reuelauit? Quem iudex taliter respondentem intelligens, seruientibus praecepit astantibus, quod ligatum carceris tenebrositatem recluderent quoad locus esset examinationi agende diligentius in eodem.

Cuius captiuitatem intelligens tecla fidelissima serua Christi, uiam et modum excogitans, per quem posset paulum uinctum in carcere uisitare, matris domus hostiarum fallens ensenio, aurea barsilia donauit eidem. Qui doni liberalitate deceptus, reseratis hostiis, ad beatum paulum custoditum in carcere, teclae liberum permisit accessum. Quae dum ad custodem carceris applicasset comentariensis duriciam resistentem affectui uolentis intrare, auri speculi largitate, ad complenda nota cautius inclinauit. Qui reseratis hostiis per comentariensem predictum Tecla salutis edocta uirtutibus intrans in carcerem, elegit sibi iuxta pedes apostoli sessionem, a cuius ore Dei magnificenciam per auditum concipiens, expressim omnes et audacter praecepto adstantes dominico, ad gaudium prouocauit, atque grande caritatis affectum, pauli ligamina pedibus manibusque catenas in portas serui Christi osculo lineabat.

Quam dum familiares domestici quaererent, aestimantes causam totaliter (*fol. 284 v.*) perdidisse, uicis uiarum figentes uestigia ut super eam manus imponent si transiret. De sociis unus portierius patefecit qui querentibus retulit, per uisum cognoui hostiario teclam sua porrigentem barsilia, ut sibi egressum liberum concessisset. Unde hostiarius accusatus, subiectus numero (?) illacione penarum cogente grauissimam confessionem patefecit petentibus, et quod exiuerat, et quod ad extraneum hominem uinctum in carcere pertransiuit. Cuius porterii attendentes iudicium, properantes ad carcerem, eam et plures homines cum eadem sedentes secus pedes apostoli infinitas magnitudines audientes altissimi ueraciter inueniunt. Tunc temeros ira plenus significare quod acciderat, iudici cum maxima multitudine gentium properauit. Iudex uero per temeros informatus de singulis, seruientibus preceptis imposuit, ut euntes, pauli et soluentes ligamina, eum in sui conspectu personaliter presentarent. Quem catenarum

uinculis absolutum seuiantes ad iudicis presenciam deduxerunt. Tecla uero iniuriosa obprobria beato paulo illata respiciens, amaras lacrimas emittendo, cepit se reuoluere pauimento terraneo, in quo uerbum docens dei captiuus apostolus residebat. Hiis itaque sic peractis, iudicis obscurata cognicio, uxorem iudicans tantummodo desponsatam, coniugem inquit temerosi coram me parsonaliter deducatis. Tunc temeros et plures alii euntes cum eo acceptam teclam ad iudicium contraxerunt. Quam iudex respiciens, compassus est ei. Tecla autem gauisa non modicum, omni timore seposito, coram ipso constantissime residebat. Tunc subito procedens totus populus ad clamorem dixerunt unanimiter: malefica moriatur. Iudex uero paulo nihil dicebat apostolo; sed in sede residens tribunali surrexit cum sociis, et uocantes Teclam dixerunt eidem: Cur coniugem firum tui secundum modum coinie contradicis? Tecla uero astantem apostolum intima mentis (sinceritate) respiciens, dare responsum iudici recusabat. Cuius mater propositum recognoscentes, maternam uertens pietatem in odio, et contra propria uiscera neromizans cuius olim uitam naturaliter affectabat. Tunc mortem clamoribus per nouum accedens inuocauit, titulum fatuitatis attribuens, quam summa prouidencia gubernabat, asserens: trado in medio: moriatur, ut eius mortis asperitas ceteris sit intuentibus mulieribus ad terrorem, per quem a uoto discendi doctrinam extranei seponantur. Cuius matris iudex comprehendens iudicium et contra nature officium, appetitum teclae humilitati compaciens, frustrari iussit apostolum, et extra ciuitatem post frustrationem reponi. Teclam uero in treadoni medio mortali pena combustionis interimi, qui post talem summam execucionem uissu uidere cupiens, quam ore preceperat, cum uniuerso populo accessit teclam respicere concremari.

Tecla uero, cuius cor diuinorum dileccio tenebat astrictum et mundana uilipendere uniuersa docuerat, sicut ouis deuians solitariam casualiter uitam gerens, gregem appetit uniuersum, sic sanctum apostolum mente solícite scrutabatur; tantoque desiderio circumplexa, dum inter uniuersos homines astantes respiceret, in beati pauli similitudine corporalique figura uidit nostrum Dominum Ihesum Christum sedere uisibiliter coram ea. Que pre nimia exultans leticia abstinere non potuit quin uisionem gentibus reuelaret, se uidisse paulum significans et coram (*fol. 285 r.*) ea residentiam contraxisse: atque tecla fecte assistentis inspiciente figuram, eleuans sede loco dominus ascendit in celum. Tunc iuuenes mulieres et uirgines concurrebant lignis ignem accendere in quo membra uirginis arderent, atque seruientes, in thradronem nudam uirginem deducentes, congregantes ligna et super ignem ponentes, in ardentis ignis medio fecerunt teclam Christo deditam residere. Qua sic enormiter igni data, dum brachia ad

similitudinem ligni crucis extenderet, ignis flamma extollebatur in altum, et Sancti Spiritus defensa misteriis, membra teclae non presumpsit accendere, nec saltem unum de sui capillis capitis deuastare. In cuius ignis medio dum sic uirgo resideret illesa, grandis sonus et trepidus de terra processit; post quem nubes una rore plena proueniens, expandit multitudinem grandinis super eam; unde plures de circumstantibus et intuentibus hominibus defecerunt, sicque extincto ignis incendio, et illesa liberata tecla de medio superuixit.

Paulus uero beatus apostolus quem honociferos uxore, liberis, et uniuersa sua familia, bonis relictis omnibus sequebatur, in domo cuiusdam iuuenis qui ipsos susceperat, residebat; ex cuius hostio uia coenae cernebatur, et dum per dies aliquos ieiunantes abstinencia appetita corporea refrenassent, etates iuuenum instigante iuuenili calore, apostolo dixerunt: fames scimus, et quid comedere non habemus. Tunc paulus proprium clamidem siue mantellum accipiens, cuidam puero assignauit, et dixit; uade fili, panemque perquirens, tantum afferre procurabis sollicite, quantum pro eo poteris inuenire. Puer uero preceptis obsecundans apostoli et panes emere properans oportunos, per quamdam portam inopinate respiciens, caute fixit lumina super teclam. Cui puer dixit admiratus non modicum: dic tecla quo properas, et ad quem locum dirigis gressus tuos? Tecla uero respondens eidem, a flammis, inquit, igneis liberata, sanctum sequor apostolum, et eum cupio reperire. Cui retulit dicens puer: sequere me, et ducam te ad eum; quem sollicita tecla queris. Ipse enim in suspiriis et doloribus uigilat, et iam triduo celebravit ieiunium, et pro tua salute altissimo preces fudit. Tunc tecla pueri intellectis sermonibus, pretermisiss omnibus, sequens eum ad apostoli presenciam festinauit. Que domum in qua paulus residebat, ingrediens, inclinatam apostolum adorantem reperiens, post eius humeros se firmauit. Apostolus uero uerbis sue oracionis dicebat:

Pater noster qui es in celis, tibi suplico reuerenter quod ignis non possit ad teclam attingere, set ancilla tua omni lesione cessante, extinctis flammarum incendiis liberentur. Post cuius tergum tecla silencio perseverans, taliter fari cepit: Pater per quem celum, terra et omnia sunt creata, tibi Pater sancte de omnibus ago, que michi largitus es, gracias, qui ut paulum respicerem, uiuificans me saluasti. Cuius uerba paulus intelligens, erecto capite teclam respiciens, dixit Deo: Deus Pater domini nostri Ihesu Christi, qui hominum corda nostis, tibi gracias refero, eo quod teclam de ignis incendio liberatam respicio pro qua modo rogabam, et (1)

(1) Sobre la línea está corregido *ut*.

eam uidere possem cum omnibus mecum adstantibus graciosius concessisti. In manibus tuis tantummodo solus contra omnia pericula cernitur ut nomen tuum eternaliter gloriatur.

Et dum sic cum omnibus qui cum eo erant apostolus letaretur, ecce panem, salem, herbas et aquam ferens puer comparuit et in sanctis operibus Ihesu Christi cepit apostolus gratulari (*fol. 285^v*). Tecla uero cuius nulla uarietas mentis constanciam concassabat, calore diuine dilectionis accensa, dixit: Incidam crines meos; te sequar quo ibis apostolo referebat. Cui apostolus respondit et dixit: «bellum est nimium, et cum sis pulcritudine adornata corporea, posset tibi temptatio priore euenire tetrior, cui non posses forsitan obuiare.» Tecla uero dixit ei: «Da mihi solum Ihesu Christi characterem et nulla temptatio appropinquare poterit cordi meo». Tunc apostolus constanciam fidei et puritatem uirginis precognosces, inquit ei: «pacienciam in te longam possideas, et quod queris recipias incessanter.»

Tunc honocifero licenciato per paulum, et sua uniuersa familia ad domum propriam redeunte, suam manum manui tecele iungens ad anthioquite ciuitatem se transtulit cum eadem. Quibus introeuntibus portas terre, de capitaneis unus milicie ciuitatis, qui Alexandros nomine uocabatur, qui pulcra opera in ciuitate construxerat, lumina tecele respiciens, iniecit oculos libidinis super eam; atque amoris mortiferi laqueis innodatus astriccius (?) sancto cepit apostolo deceptiuis blanditiis adulari, et in maxima quantitate promissis auri argentique thesauris, dicebat sibi ut ei teclam largiretur amatam. Cui paulus respondendo dicebat: Mulier de qua loqueris, et quam precibus appetis, nulla mihi sanguinis affinitate coniungitur, et cuius sit uxor hominem non cognosco. Alexandros uero quem potencia reddebat audacem, et ardor libidinis infestabat, uie medio teclam cepit manibus amplexari; cui uirgo uiriliter contradicens, suis despexit libidinosi operibus assentire; et resistens clamoribus cum dolore requirebat apostolum, et iniurianti dicebat: forbanite ancille Dei inferre molestiam non presumas. Sum quidem filia cuiusdam capitanei ciuitatis coinie, quam quia nolui temerosio desponsata uxorem effici consentire existimantes, de loco mee originis expulerunt. Et super alexandrum manum iniciens indumenta dilaniauit eiusdem. Et accepta corona imperiali similiter quam ferebat in capite proiecit in terram. Et cum propriis uestimentis expolians in maxima derisione et dedecore dereliquit. Alexandros uero tum propter flammam amoris quem ex oculis tecele conceperat, tum propter dedecus quod sibi uirgo impotens fecerat, crudelius prouocatus, accusatione statim contra teclam proposita se tuentem, relatis obprobriis iudicanti que sibi presbiter (?) fecerat, petebat uirginem inter feras deici bestias senten-

cialiter condempnari. Quas ipse custodiens solebat ducere in publicum ad uidendum. Quod ciues communiter audientes, admirati non modicum coram iudicē proclamabant dicentes eidem: Justum non est iudicium quo tecla dampnatur.

Tecla uero per iudicem cum preiudicio dampnata iusticie, coram temeritate iudicis existendo, ab iniusto iusta, pia ab impio precibus implorabat attente, dicens ei: Concede michi gratiam supplicanti ut quod ferocibus bestiis corpus meum executio tue iussionis tradiderit, nulla mihi inferatur iniuria, per quam mea uirginitas corrumpatur. Cuius supplicacionis uotis iudex assenciens, inquit ei: Quod sibi placuerit sit te licitum occultari. Tunc mulier quedam, triphonia nomine, de stirpe regia trahens originem, cuius fillam mortis officium uita priuauerat, in foro comparens iudicantis (*fol. 286r*) pro tecla apud curiam fide iussit. Cuius fideiussionem receptam, per uirginis aspectum ad uirtutem dileccionis inducta, et de ipsius conuersacione consolata triphonia et de societate gauisa ducens eam sub proprie domus finibus custodiuit. Appropinquantibus uero cum feris bestiis uirginis inimicis, et in medio teadronis repositis, de domo custodientis triphonie teclam deducentes in publico; eam propriis uestibus exuentes, lumbos eius uili partim (?) pecia circumdantes, leene ferocissime tradiderunt. Leena uero appropinquans innocue, eam ledere non presumens in aliquo, pedes eius lingua liniebat suauiter, et limpidius adstergebat. Iudex uero et adstantes homines uniuersa dum leene ferocitatem respicerent in suauitatem placacionis mutari, uirtutem tecele cernentes diuinitus impertotam, dicebant ad inuicem: conspiciate teclam equalem ydolo quia de capite alexandri uolentis eam corrumpere, regalem coronam deiciens; a bestie non leditur feritate. Unde omnes unanimiter cum filiis proclamabant, et deo de infiducia hominum in illa ciuitate manencium querebantur et proteruitatem pristinam exercentes, continuantes nequiciam, alias feroces bestias super uirginem permiserunt. Que ad oppositam teclam eis tamquam ferocitate reposita, nullatenus accesserunt. Sed teadrone surgente, a uirginis presencia recesserunt.

Z. GARCÍA VILLADA,

(*Concluirá.*)

